

Viginti et duas. hebraei. xxij. litteras habent: secundum numerum librorum suorum. Nam. xxij. libros habent: videlicet. v. libros moysi. viij. prophetarum. et. ix. agiographorum. i. sancta scriptura. licet quidam. xxij. esse dicant. Ruth accipientes librum: cum sit pars libri iudicum. et lamentationes hieremie similiter per se accipientes. Sciendum autem est tres esse linguas principales. scilicet. hebraeam et grecam et latinam. hebraea. xxij. litteras habet. greca. xxij. latina lingua media, inter has duas. xxij. et ipsi syri et chaldei eodem sono. i. eadem pronuntiatione. xxij. elementa habent sicut hebraei: sed diuersis characteribus et figuris. Samaritani autem per tathuecum. Samaritani qui dei et ydola colebant simul. Samaria ciuitas fuit quondam. et tribuum metropolis: quibus in captiuitate ductis a salmanasar rege assyriorum: ne terra in solitudine redigeretur: missi sunt ex diuersis gentibus qui illas incolerent. Insuper appellatur samaritani a samaria metropoli ciuitate: qui verum deum simul et falsos deos colebant. Totidem. i. xxij. apicibus. i. similitudinibus litterarum. Alias litteras. scilicet. quae sunt illae quae moyses inuenit: quibus nunc iudei vtuntur. Iidem characteres. i. eadem littere. Supputatio. i. numeratio. Iesu mystice. i. quasi per illas litteras que numerum significant: census leuitarum annotabat. Tetragrammaton. i. quatuor litterarum. Quod nomen scriptum erat in lamina aurea: que erat in fronte pontificis: quando accedebat ad sacrificium. de qua scriptum est. fecerunt laminam: scripseruntque in ea per quattuor litteras nomen domini: quod ineffabile. Non potest fieri: sed potest diffiniri ut est: quod minime possit. Ligebat sicut iohannes habebat: et haec interpretatio habet: iohannes principium habet passio: vobis homo vita. Iste principium passionis vite. Antiquis litteris moysi: quas nunc non habent hebraei. Notandum est autem hebraeos ideo litteras quas eldras inuenit vti: quia facilius sono et litteratura enunciantur: et a sinistra in dexteram: sicut et latine scribuntur. Moysi vero difficultiori: et a dextera in sinistram scribebantur. Quaeque diuerso scribantur metro. i. lirico carmine. Nam dauid propheta liricus fuit: et diuerso metro psalmos composuit. Eiusdem numeri. i. xxij. lit-

terarum alphabeto. Et hieremie lamentationes. sub. xxij. litteris scriptae sunt. Eisdem alphabetis. i. eisdem litteris. Incisionibus. i. breuibus sententijs. Quinque littere duplices sunt apud hebraeos. scilicet. sicut apud latinos. x. et. 3. Aliter per has scribuntur principia. i. aliam vim habent: quando in principio verborum scribuntur: aliam in medio: aliam in fine. Samuel. i. duo libri: qui a prophetis samueli succedentibus sunt scripti. Dabreiamin hebraice. hoc est relictorum vel

peremissorum. ea enim que peremittuntur in libro regum hic suppleant. Eldras. et. ipe habet duos libros. Linoth. hebraice. grece threnae. latine. lamentationes dicitur. Forum initium. i. elementorum: litterarum videlicet. Viri iusti. i. sancti alianus. Bresth. hebraice genesis grece: latine natiuitas dei: vel genitura sine generatio. Pundi enim generatio ibi describitur. Ellesmoth. hebraice: exodus grece: latine egressio. Pdos enim grece latine via. Nam in eo egressus filiorum israel ex egypto describitur. Uagethra. hebraice: leuiticus grece: ministerialis latine. leui enim diaconus vel minister dicitur. Uagedaber. hebraice: rithimon grece: latine numerus. Addabarim hebraice: deuteronomius grece: latine secunda lex. Di sunt quinque libri. Primus ordo sex legis in quinque libris moysi. Et nunc incipit secundum ordinem prophetarum a iohanne ben num. Ben. i. filius. Sopherim hebraice: latine iudicum. Compingunt. i. conficiant vel coniungunt primum et secundum scilicet: quia duo sunt. Aarestra. i. duodecim prophetarum. Aarestra duodecim Agiographa. i. sacra scripta. i. doctorum vita: ut tobi as et iob. Quinque incisionibus. i. quinque partibus. psalmorum enim vnus liber est: sicut et apostoli dixerunt. Sed tamen quinque habet diuisiones. quia quinque est ibi. fiat fiat. Masloth. hebraice: parabole grece: latine proueria. Coeeth. hebraice. ecclesiastes grece. latine precionator. Syrasyrin. hebraice: latine canticacanticorum. Dabreiamin. hebraice: latine verba dierum Chronicon. i. temporale. chronos tempus. Totum enim tempus quod est ab adam vsque ad captiuitatem babilonis in eo capitulatum describitur.

gintiduo elementa sunt: per que scribimus hebraice omne quod loquimur: et eorum initium vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina supputant: quibus quasi litteris et exordijs in dei doctrina tenera adhuc et lactens viri iusti eruditur infantia. Primus apud hebraeos liber vocatur bresth: quem nos genesis dicimus. Secundus ellesmoth: qui exodus appellatur. Tercius uagethra. i. leuiticus. Quartus uagedaber quem numerum vocamus. Quintus addabarim: qui deuteronomius prenotatur. Di quinque sunt libri moysi: quos proprie thozath. i. legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt. et incipiunt a hiesu filio naue qui apud illos iohanne ben num dr. deinde subterunt sopherim. i. iudicum librum. et in eundem compingunt ruth quia in diebus iudicum facta eius narratur hystoria. Tercius sequitur samuel quem nos regnum primum et secundum dicimus. Quartus malachim. i. regum: qui tertio et quarto regnum volumine continetur. Melius est multo est malachim. i. regum quam malachoth. i. regnum dicere. Non enim multarum gentium regna describit. sed vnus israelitici populi qui tribubus. xij. continetur. Quintus est ysaias. Sextus hieremias. Septimus ezechiel: Octauus liber. xij. prophetarum: qui apud illos vocatur thareasra. Tercius ordo agiographa possidet. Et primum liber incipit a iob. Secundus a dauid quem quinque incisionibus et vno psalmo volumine comprehendunt. Tercius est salomon tres libros habens proueria que illi parabolas et masloth appellat. Quartus ecclesiastes. i. coeeth. Quintus est canticacanticorum quem syrasyrin prenotat. Sextus est daniel. Septimus dabreiamin. i. xba diez: quod significantius chronicon



Stantibus coram. i. in presenti. **Oculatis**. i. plenis oculis. **Quasi galeatum principium**. Sicut enim galea caput militis protegit: ut fiducialius pergat ad bellum: ita et iste titulus lectori peritiam prestat: ut quo valeat discernere: qui libri apud hebreos in canone recipiuntur. qui ve iter apocriphe de putentur. **Igitur sapientia**. i. ille liber qui dicitur vel vocatur sapientia: et ita inchoat. **Diligite iustitiam**. Liber iherosolimitanus filii syrach. qui sic inchoat. **Omnis sapientia a domino deo est**. hic et panaretos dicitur. i. liber omnium virtutum. pan enim grece omnis dicitur. ares virtus: hunc bebrei ideo non recipiunt: quia in eodem domini passio manifeste probatur. **Pastor**. i. liber pastozis similis est revelationi iohannis i. apocalypsi: sed in nostra bibliotheca non habetur. **Ipsa autem est qui et hermes dicitur**. **Et ipsa phrasis**. i. ex ipsa locutio: quod grecam redolet eloquentiam. **Inde antiphrasis contraria locutio**. **Antiquorum**. i. lx. **Alii aurum**. per aurum argentus lapides preciosos. et quicquid excellentiores vel maiores in ecclesia virtutes figurant per pelles vero pilos quod caprarum minorum **Tabernaculi pulcritudo**. i. corinthia de cocco et bysso retorta pellibus tegit. **Et cilicis**. i. pellibus arietum rubricatis: et pellibus hiacinthinis. **Tabernaculum** quatuor operum metis tegebatur. **Primum** erat et cocco byssoque retorta. **Secundum** ex sagis cilicis. **Tercium** et pellibus arietum rubricatis. **Quartum** et pellibus hiacinthinis. que a longe inuentibus celi sereni colorem imitari videbantur. **Pellibus** itaque et sagis cilicis interpretes comparat: qui licet ordine sint posteriores: tamen non minorem ecclesie utilitatem prestant. **Et iniuriam** iniuria dicitur quod contra legem fit. **Nam ius lex dicitur**. unde et adverbialiter dicimus. **Iniuriam fecit**. i. non iuste. **Meum inquam**. i. que ego feci et transtuli. **Daphrassten**. i. falsum interpretes. **Confer**. i. para. **Nostra**. i. hebraicam veritatem. **Eum** scilicet hebreum. **Diuinarit**. p. diuinauerit. **Uos famulas christi**. i. o paula et custochium. **Mirra**. Est amarissima

totius diuine hystorie possumus appellare. qui liber apud nos parallelipomenon primus et secundus inscribitur. Octauus esdras: qui et ipse similiter apud grecos et latinos in duos libros diuisus est. **Nonus hester**. Atque ita sunt pariter veteris legis libri. xxii. id est. moysi quinque: et prophetarum octo: agio graphorum nouem. quaque non nulli ruth et cinoth iter agiographa scripserunt. et hos libros in suo putent numero supputandos. ac per hoc esse preter legis libros. xxiiij. quos sub numero. xxiiij. seniorum apocalypsis iohannis inducit: adoratis agnum: et coronas suas. prostratis vultibus offerentes: stantibus coram. iij. animalibus oculatis retro et ante. i. in preteritum et futurum respicientibus: et indefessa voce clamantibus. sanctus: factus dominus deus omnipotens: qui erat: et qui est: et qui venturus est. **Hic prologus scripturarum**: quasi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinum: conuenire potest: ut scire valeamus quidquid extra hos est: inter apocriphe esse ponendum. **Igitur sapientia** que vulgo salomonis inscribitur: et iherosolimitanus filii syrach liber: et iudith et tobias et pastoz non sunt in canone. **Nachabeorum primus** librum hebraicum repperi. secundus grecus est: quod ex ipsa quidem phrasis probari potest. **Que cum ita se habeant**: obsecro te lector: ne laborem meum reprehensionem estimes antiquorum. **In tabernaculo dei offert vnusquisque quod potest**. alij aurum et argentum et lapides preciosos. alij bysso et purpuram et coccum offerunt et hiacinthum. **Nobiscum bene agitur**: si obtulerimus pelles et caprarum pilos. et tamen apostolis contemptibilia nostra magis necessaria iudicat. unde et tota illa tabernaculi pulcritudo: et per singulas spe-

species: qua mortuorum corpora condiuntur. **Mirum vero** vigintium preciosissimum de mirra factum. **Vngitis caput**. Caput christi diuinitas est illius. **Caput christi vero vngit**. qui cum verum deum veraciter adorat. pedes vero vngit ei: qui verum etiam hominem esse credit. **Que nequaquam saluatore queritis in sepulchro** **Iherosolimitanus** in sepulchro querit: qui eum solum hominem esse credit. **Quibus iam ad patrem christus ascendit**. Illis christus ad patrem ascendit: qui eum in diuinitate patri coequallem accipiunt. **Rapido**. i. infano. **Rapido vero est velox**. **Et circueunt ciuitatem**. i. ecclesiam volentes eam decipere. quod dicit circueunt ciuitatem. hic in malo accipitur. **In psalmo** ubi dicitur: conuertetur ad vesperam: et famem patientur et canes: et circueunt ciuitatem. in bono. **Iudicium enim circa finem mundi conuersuri ad christum**: sicut canes auide cibum glutientes: ita accipient fidem: et circueunt ecclesiam decipere in ciuitate querentes doctores. **Ego sciens**. i. ego et non alius. i. non in alio corpore: ut quidam dicunt **Peccator**. i. retractor.

cies ecclesie presentis futureque distinctio pellibus tegitur et cilicis: ardoremque solis et iniuriam imbrium: ea que viliora sunt prohibent. **Lege ergo primus samuel et malachim meum**. meum inquam meum. quidquid enim crebrius vertendo et emendando sollicitus et didicimus et tenemus nostrum est. et cum intellexeris quod ante nesciebas: vel interpretem me es timato si gratus es: vel paraphrasen si ingratus. quaque michi oio conscius non sum: mutasse me quod propiam de hebraica veritate. **Lette si incredulus es**: lege grecos codices et latios: et profer cum his opusculis que nup emendauimus. et vbique discipulare se videris: interroga que libet hebreorum cui magis accommodare debeas fides. etsi nostra firmauerit: puto quod eum non estimes coniectore: ut in eodem loco mecum similiter diuinarit. **Sed et vos famulas christi rogo**: que domini discumbentis preciosissimo fidei mirro vngitis caput: que nequaquam saluatore queritis in sepulchro quibus iam ad patrem christus ascendit: ut contra latrantes canes: qui aduersus me rabido ore defuerunt et circueunt ciuitatem: atque in eo se doctos arbitrantur: si alijs detrahant: orationum vestrarum clipeos opponatis. **Ego sciens humilitatem meam illius semper sententie recordabor**. **Diri custodia**. vi. m. vt non. d. i. lig. mea. posui ori meo custodiam. cum confiteret aduersum me peccator: obmutui: et humiliatus sum: et filij de bonis.